& passus est & multa corpora scorum resurrexerunt & uisa sunt
in scam ciuitatem; Crux xpi clauis paradisi est. crux xpi aperuit para
disum; Non uobis dixit quod regnum caelorum uim patitur & uiolen
ti diripiunt illud; qui in cruce est non uim facit. nihil medium est
crux & statim paradisus; Sed magnitudo poenarum fecit magnitudi
nem praemiorum, haec interim diximus deprecemur dnm ut latro
nem & istum lazarum pauperem si persecutio uenerit imitemur latronē;
Si pax fuerit imitemur lazarum; si martyrium fecerimus statim in pa
radisum; Si paupertatis poenę sustenuerimus statim in sinu abrahę;
hab& & sanguis hab& & pax loca sua hab& & paupertas martyrium
suum; & egestas bene tollerata facit martyrium sed egestas propter
xpm non propter necessitatem. C&erum quanti pauperes sunt & diui
tes esse desiderant & scelera faciunt, non ergo paupertas simplex bea
tum facit sed paupertas propter xpm, fides famem non tim&; Qui
xpm amat non tim& famem; qui xpm hab& omnes secum diuitias
hab&; Negotiatur quidam sapientissimus uendid& uniuersam sub
stantiam suam & c&eras margaretas & emit sibi unam praetiosis
simam margaretam. habuerat quidam margaretas & pulcherri
mę erant & praetiosę, moysen habebant esaiam habebant hieremiā
habebant scos proph&as sed haec ad conparationem xpi duxit pro ster
core; Unde dicit & apostolus quę in quid erant mihi pro lucro haec esti
maui pro stercore ut xpm lucri facerem, hoc est ut margaretam unam
emerem; Unde dicitur & in alia proph&a; state in uiis & querite uiā,
quasi diceret, mittite margaretas & per margaretas unam emite mar
garetam, state in uiis & querite uiam; Non dixit dimittite uias sed sta
te in illis uiis & querite uiam xpm cui gloria in saecula seculorum amen

EXPLICIT OMELIA IN LUCA EUANGELIO

INCIPIT IN IOHANNE EUANGELIO XXIII

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0208